



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Quis poßit iusiurandum praestare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

L I B E R III.

*iuxta scripturam sanctam iurare non uetat, quæ ex eo
deum spiritu existit quo Christus ipse loquitur, et quæ
sibi semper constans est atq; eadem. Iam temere aut ful-
so non iuro neq; sane ex malo, dum id efflagitat, aut
Quis possit iuriurandum charitas proximi, aut ordo operum dei, aut ratio glo-
ius præstare. riae illius, qui iureiurando politicam consuetudinem
ne dilabatur hactenus cōtinet, sicut ex lege p̄assim ad
paret iuriurandum apud iudicem tibi dictantem pre-
ceptum esse. Quem uero libido sinistra seu mala con-
suetudo ad iuriurandum instigat, is ex malo et impie
agit dum iurat. Nomen enim dei uile dicit, et uane
assumit. Ex bono autem esse, piusq; censeatur is qui iu-
xta ordinem à deo institutum ad utilitatem reueren-
ter et sancte iurat. Nā cor huius nihil loquitur quam
etiam etiam, non non. Malum uero publicum, quod ho-
mines sint mendaces, hoc est, quod homines adhuc et
nondum Christiani toti sunt, externā nominis dei atte-
stationem extorquet, quam proximo ad gloriam dei
letus præstat. SIMON. Hoc te peto, ut parado-
xon istud mihi enarres, quod solus Christianus homo
possit iuriurandum præstare. IOIADA. Suo lo-
co dicam, non enim patiar ut me extra orbitā ducas,
quod catabaptistis peculiare est. Iā refellā tuam quam
de iureiurando definitionem attulisti. Quis queso uo-
bis hanc definitionem iuris iuriandi indicauit? Vsum
quidem non nihil attigistis, sed quod esse*

*essentialia in sa-
cramenta*

eramento est, aut ignoratis, aut per malitiam facetis: solum enim dicitis quo iure iurando utamur, sed quid sit, aut quomodo fiat facetis, nam si id candide tradaretis, non tantopere à iure iurando abhorrerent homines. Verum hoc nō faceret ad consilium uestrum, quo & magistratum ipsum, & eum neruum quo consistit, dissoluere pergitis. Tolle ius iurandum, iam omnem Quā necessarium ius in rebus publicis soluisti. Vocabit consul senato randum ad rem, non parebit. Dices lictori præcipiat ut eum uinciat. Quomodo parebit lictor? Videt consul catabaptistam in hoc esse, ut plebem ad perduellionem trahat, curare uolet ne quid mali respublica patiatur, interdit ne in occulto pseudapostolus doceat, palam enim documentem reuicerunt qui ab euangelio syncerius intellexerant. Hic iterum uetat, quo minus doceat siue publice, siue priuatim: catabaptistam omne imperium contemnentem præhendi iubet. Non paret lictor, quis præhendet? Consul ipse? At catabaptista robustior est. Vides ut omnis ordo nobis perit, cum ius iurandum exceptum est. Quod si diuinæ literæ hoc uellent, nihil morarer, is enim cuius prouidentia cuncta gubernantur domui Israël nunquam defuturus est, sed non uult hanc confusionem. Da enim iuxta catabaptistarū consilium, in aliqua ciuitate ius iurandum ac deinde magistratum tolli, & de eorum sententia geri omnia, Disponi que confusio, rerumq; omnium mixtio? Nemo